





Clemens III. Ita etiam legitur in 3. collectione, sub hoc titulo, quod 3. nullibi tamen exprimitur cui referat Pontifex.

CAPUT X.

Innocentius III. a Episcopo Claramont. & Abbati b Maurien.

IN nostra presentia constitutus dil. fil. Priore Ecclesie c Montis Ferrandi, & B. procuratore Hospitaliarum Claramont. dice. ven. f. n. Sabin. Episcopum concessimus auditorem, coram quo idem Prior proposuit, quod predicti Hospitalarii parochianos suos admittunt ad Ecclesiasticam Sacramenta; & tam d excommunicatos, quam interdictos, & quosdam alios, videlicet Vv. de Maceris, & filium I. de Ventador infra annos legitimos & constitutos, receperunt ad ecclesiasticam sepulturam: propterea Ecclesia dampnum sustinuit plusquam V. millium solidorum: quare idem Prior humiliter supplicavit, ut ipsi Hospitalarii interdicerentur, ne de cetero talia in eius prejudicium attentarent, & ad resarcienda damna, que exinde sustinuit, eos compellere dignarentur. E contra predictus propositus procurator, quod tam ex privilegio, quam ex indulgentia specialii, licet Hospitalarii omnes passim, prater excommunicatos, & interdictos ad ecclesiasticam recipere sepulturam, qui apud illos elegerint sepeliri: fidei quoque commissa ultima voluntate relicta licenter accipere, soluta tantummodo quarta parochiali Ecclesia de cuius parochia mortuorum corpora assumuntur, praterquam de equis, & armis, que indulta sunt ipsis in subsidium Terræ sanctæ, de quibus quartam deducere non tenentur. Cum igitur hæc, & alia, que coram ipso fuerit proposita, idem nobis fideliter retulisset, auditis & intellectis attestacionibus universis, de consilio fratrum nostrorum talem sententiam proferturam, quod predicti Hospitalarii de cetero non recipiant parochianos Ecclesie supradictæ ad ecclesiasticam sepulturam, nisi apud eos elegerint sepeliri: & tunc parochiali Ecclesia de oblationibus, lectionibus, & aliis, que defunctus pro anima sua in ultima dispositione reliquit, praterquam de equis, & armis recipiat quartam partem, Hospitalarii residuum habeant, nisi dolo, vel fraude eorum defunctus inductus fuerit ad dispositionem huiusmodi faciendam: nihilominus ipsi Hospitalarii injungentes, ut de quarta parte quinque millium solidorum Priori facerent memorato, cum constet a parochianis Prioris illos solidos recepisse, nec sit sufficienter ostensum, quod eorum oblata, vel f. commissa fuissent eidem. Præterea duximus injungendum, quod nisi probaverint, quod Vv. Gaufridus, qui fuit interfectus in campis, apud ipsos elegerit sepulturam, universa que ipsi inveniuntur repperunt, Priori restituant memorato; alioquin quartam partem solummodo restituere tenentur. Pro filio vero Vv. de Maceris, & filio Vv. de Ventador, quos constat infra annos legitimos decessisse, eidem injungimus, ut que sepulture eorum gratia receperunt, restituant universa.

Claramont. Ita etiam legitur in 3. collectione, sub hoc titulo, c. 1. Claramontensis Ecclesia Gallie suffraganea est Archiepiscopi Turonensis in Aquitania: prima inter prænunciatas Gallie civitates recensetur a Prolomeo l. 2. c. 7. Casat l. 7. de bello Gallico. 7. quos, & alios referant Fr. Sammarthani in Gallie Christi. fol. 300. Habet Ecclesiam Cathedralē dicantem Deiparæ Virginis, cuius historiam, & Præfatum seriem referant Ghenu in Chron. Gallie, Fr. Sammarthani ubi proxime. Eius Præfati Roberto missa est presens Decretalis, qui a fratre Comite Arvernia decursus fuit in carcerem, ut constat ex Innoc. III. l. 1. epist. quod referunt Fr. Sammarthani ubi supra. b Maurien. Quod monasterium est Ordinis d. Benedicti in ipsa diocesi Claramont. jacet in solo amoenissimo juxta Ricomagiem extructum a Calminio Senatore Romano, cujus meminerunt sub nomine Mustacensis, seu Mustacensis, Gregorius Turon. l. 4. de gloria Confess. Joannes Savaro, quem referant Fratres Sammarthani c. 4. Gallie, fol. 630. qui referunt ejus historiam, & chartam fundacionis ipsius.

CAPUT XI.

Idem Archiepiscopo a Turon.

EX parte parentum Nuethæ quondam juvenula nostris est auribus intrinatum, quod cum in crepusculo noctis nobilis vir N. dominus de Insula Bucardi, Turon. diceccl. eidem juvenula posuisset insidias, volens eam opprimere, quam sollicitaverat sape de stupro, & ipsa b garcionibus, qui eam rapere nitentur, super quandam pontem occurreret, tandem ipsa fugiens manus illorum, in annem de ponte cecidit, & fuit casu submersa. Ipsa vero extracta de anne, dubitaverunt Capellani ejusdem loci corpus tradere sepulture; & tu etiam requisitus dixisti super hoc responsum Apostolicum requirendum. Quocirca fraternitati tue per A. f. m. quæ cum illa juvenula non sponte precipitaverit se de ponte, sed fugiens manus illorum, qui eam, sicut superius est expressum, rapere nitentur, casu cecidit, corpus ejus tradi facias ecclesiasticæ sepulture, præsertim cum ex honesta causa fugisse noscatur: & cui e communicatur viventi, communicandum sit jam defunctæ.

Turon. Ita etiam legitur in 3. collectione, sub hoc titulo, c. 2. De Metropoli Turon. nonnulla notavi in c. 5. de temporibus ordin. Garcia idem est, ac puer infans: Petrus Blesensis ep. 102. ibi: Interim exiit de domibus hospitium garciones cibariis onusti, & obrii, ut de superfluitate illorum pauperibus ingeratur camulatio doloris, & tormenti materia. Guillem. Brito l. 10. ibi: Hanc præsentiam cum palmo garcio. Et lib. 11. Circa, atque alias se garcio vertit ad aures. Exponit Vossius de vitis ferm. c. 1. Meursius in Glossario, verbo Garcia, Zerda in advers. c. 73. n. 24. Lipsius cent. 4. ep. 44. ad Belgas. Hinc apud nos Careones dicuntur juvenes non bene educati. Dorleaus in notis ad Tacitum l. 2. fol. 192. estimavit Innocentium in presentia Garciones posuisse pro exoribus, dum ait: Dicimus etiam Garcon pro Vvar-

b Leone. In cap. 1. hoc tit. c. Terrian. In cap. 2. in nostra, hoc tit. d. Mediam. In cap. 2. hoc tit. e. Urbanus. Relatus in c. antecedenti, ubi numero ultimo textum hunc exposui.

Ferrandi. Castrum est proximum Claramonti, de quo Sugerius in vita Ludovici Grassi, qui Claramontem pervenit: Cam autem aborivo, & opposito civitati casus Montis Ferrandi exercitum applicaret. d. Excommunicatos. De quibus in Ecclesia non sepeliendis dicens infra in c. 6. infra. e. Infra annos legitimos. Idem quatuordecim; atas enim quatuordecim annorum legitima appellatur, l. cum filio 50. ubi ff. de legat. 3. §. si filius, de Artiliano tutor, l. 1. c. si mater in demuti, licet non me lateat pro subjecta materia aliquando legitimum ætatem dici ætatem 25. annorum, l. quæro, §. de testamentaria man. l. Paulus, §. Gajus, ff. de liber. leg. l. 1. ff. de fidei. juss. tut. l. ex duobus 27. ff. de negotiis gestis, c. in veteri, 77. dist. notant plures congeiti a Narbona de anno 25. q. 1. Sed cum in presentia agatur de sepultura, & quoad ejus electionem annus decemquartus sufficit, c. licet, hoc tit. in c. de ideo annos legitimos exponimus, idem 14. f. Oblati, vel commissi. Legendum existimo conversi; qui autem dicantur oblati, & conversi, exposui in c. in presentia, de probat.

son, ab evitendo: nam juvenus, quæ nobilitate viget, omnia evertit. COMMENTARIUM.

EX hæc Innocentius epist. sequens deducit assertio: Quæ non sponte, sed casu in flumen immerus occubuit, privari non debet ecclesiastica sepultura. Probant eam textus in c. placuit 23. q. 5. Conc. Alifissid. can. 17. ibi: Quicumque se propria voluntate in aquam jactaverit, aut collo legato se suspendit, aut de arbore precipitaverit, aut ferro percussit, aut qualibet occasione voluntarie se morti tradiderit, istorum oblata non recipiantur. Nicolaus Pont. ad consilia Bulgaror. c. 98. ibi: Si se sepeliendus, qui seipsum occidit, vel si sit pro eo sacrificium offerendum, requiritur Sepeliendus est quidem, ne vivendum odoratum molestiam ingerat: non tamen est, ut aliis parvè inveniatur, solum cum oblequii more ad sepulchra ferendus. Sed & qui sunt, qui ejus sepulture studio humanitatis obsequuntur, sibi non illi, qui sui exitu homicida, præstare videntur, Contonax lex

lex 1. c. 1. tit. 7. lex 2. tit. 1. part. 7. Illustrant ultra congeitos a Barboia in presentia c. 12. perit. c. 10. n. 49. c. de off. Parochi. c. 25. P. Greg. l. 16. sing. c. 22. c. l. 4. part. 13. c. de off. Ant. Blaucus monach. c. 2. Parlarior. diffinit. 16. §. 1. n. 17. Joan. Sanch. in secl. disp. 36. n. 2. Encas Robertus l. 1. tit. 10. jud. c. 17. Diana p. 6. tit. 9. fol. 47. Pet. Herodius l. 1. Pandect. tit. 12. c. fin. Lara de capul. c. 11. Spondanus de comit. p. 2. l. 2. c. 7. Torrelabana de jure fidei. l. 1. q. 16. Cozarus, & Vives in notis ad D. Augustinum de Civitate Dei, l. 1. c. 19. 21. 22. c. 25. Græcius de jure fidei. l. 1. c. 19. in notis, Ambian. ad Tertul. c. 4. ad Marit. c. 6. c. de anima fol. 1039. Gætherus de jure manuum. l. 1. c. 10. Mancius de scriptis juris collat. l. 1. c. 175. Didacus Perez in l. 19. tit. 19. l. 8. arbor. Caramuel in Theolog. Fundam. n. 1633. Joan. Sanch. in secl. disp. 36. Murga c. 2. c. 1. disquisit. 8. Matienz. a Prado c. 2. Theol. Mor. c. 20. q. 2. Alcianus l. 4. par. 4. Petr. Faber l. 1. semit. c. 10. Gætherus de jure manuum. l. 1. c. 10. Guarinus de sepul. 39. c. 2. Basilic. dist. 3. crim. Fr. Ant. a Matre Dei præd. 1. in sacras script. dist. 7. P. Gibalinus c. 2. de negot. art. l. 1. fol. 653. Alciati l. 10. Andreas q. 10. de sepul. c. 3.

Sed in presentem assertionem ita pro dubitandi ratione infargi potest; nam femina, de qua in presentia, absque iuga, & iustatione in flumen judicium servare poterat, etiam vim passâ, nec aliquam culpam omnino tenens, & per vim oppressa contraheret, c. prebiteri, 50. dist. 1. in primis, vers. Episcopi, 2. q. 1. c. fin. 11. q. 1. c. est, de consec. dist. 4. Ovidius lib. 2. v. 4. Fast. Quis facit invito peccare passâ Jovem. Probant Tirag. de sancti tempore. causa 35. Avendanno de man. l. 2. c. 41. n. 29. pudicitia enim cum virtus sit animi, ex defectu involuntario corporis non pollutat, c. in fine 32. q. 5. nec violentia libidinis alienæ aufert sanctitatem propriam, c. professio 37. q. 5. Igitur cum femina, de qua in presentia, etiam si oppressa videretur a juvene Turonensi, adhuc in animâ pudicitiam servare posset, injuste se morti tradidit, & casu non permisso expulit, & per consequens tanquam homicida sui ipsius privari debebat ecclesiastica sepultura. Augetur hæc dubitandi ratio ex eo, nam etiam ob servandam castitatem non solum propria perire manu, verum nec partem corporis mutilare, aut abscindere permittitur est, c. si quis absciderit, 55. dist. c. significavit, c. in parte, de corpore vitæ. Ergo in presentia casu, nec ob servandam castitatem liberæ femine in flumen se jactare, & per consequens tanquam sui homicida privari debebat ecclesiastica sepultura. Deinde adversus rationem, quam assignat Innocentius illis verbis, quibus non communicantur vitæ. Et obstat, nam iudicio, rapitoribus, & decedentibus in torquentibus, dum vivunt, communicamus; & tamen illis defunctis communicare non possumus, c. 2. de fueri, c. 1. de reprob. c. 1. de torquent. Igitur indistincte vera non est ratio ab Innocentio assignata.

Quæ difficultate ita luctata non obstant, vera est presentis assertio, pro cuius expositione sciendum est, nonnullis existimant, mortem tædio, vel impatientia doloris quemlibet sibi inferre posse, ut refert, & distinet nimis fœdè Lipsius, l. 3. mand. ad stoicam disciplinam, dist. 22. c. 109. Et primo Stoici existimabant, quod si quis ita morbo affligeretur, ut vitam sibi ærummalam putaret, vel tædium aliquod vitæ haberet, posse, imo debere mortem sibi consciscere. Epicætes l. 1. Arriani c. 24. Seneca ep. 98. ibi: Exerce te, ut mortem & excipias, & si ita res ludebit, acceras: interest nihil, an illa ad nos veniat, an ad illam nos. Apud eundem Senecam ep. 77. quidam Stoicus Marcellinum morbo non insaniabili correptum admonuit, ut ipse sibi mortem conscisceret. Diogeas Laertius in Zenone, eam Zenonis sententiam fuisse refert, imo & Zenonem ipsum sibi manus intulisse. Laërtianus lib. 3. de falsa sapientia, c. 18.

Quod nimium laudas, Chæremus Sæpico, mortem? Vis animum mirari, suscipiantque tuum. Hanc tibi virtutem fructu facit accens ansa, Et tristis nullo qui referat igne fatuus. Et tege; c. cimes, c. nudi sponda grabati, Et brevis, atque eadem nocte, atque toga. O quam magnus homo es, qui face vulentis acti, Et stipula, c. nigro puer carere potest! Lingentis æquum timent tibi cultura lanæ, Constringantque tuos purpura texta toros. Dormiat c. retum, qui cum modo cacaba miscet, Conviviat vesco conserat ore puer. O quam tu cupias ter vivere Nestoris annos, Et nihil esse ulla perire luce vales! Rebus in angustiis facile est contemnere vitam: Fortior ille facit, qui miser esse potest.

Quod Procleptani admitterent, ut Neratius ex eorum schola prodidit in l. liberorum 11. §. 3. ff. de lit. qui notant, infam. ibi: Non solent autem lagari, ut Neratius ait, hostes, vel perducuntur damnati, nec suspendunt, nec qui manus sibi intulerunt, non tædio vitæ, sed mala conscientia. Quod Hadrianus, & Antonius pius rescriptis confirmarunt, l. 3. §. 1. ff. de bonis eorum, qui ante seculum mori, sibi concesser. l. 6. §. 7. ff. de injuri. vers. utriusque facti, igitur. Quod si quis tædio vitæ, vel valendius adferat impatientiam, vel iactationem, ut quidam Philopoli in ea causa sunt, ut testamenta eorum valent, ubi Ulpianus fane abo fisco perstringit, qui iactationis causa mortem accerbescant. Lucianus de peregrino Philopoli. Sæp potius Cynicos, eorum auctores, quos Ulpianus Philopoli appellat in l. prædicatorum 76. ff. de iu-

dicis, & probat late Quæredo in suo Episteto. Et Cynicus interdam nomen Stoicorum datum fuisse tradit Lipsius in manu ad Stoic. Philosoph. esset, 13. Et eadem cum Stoici dogmata habuerunt Cui etiam, qui quia ob ætatem se invicem esse credebant, coronam circum bibebant. Item Thebanus dicebant, ut magnam gloriam assequerentur, unde apud eos nata est proximitas: Cur non suspendis te, ut apud Thebanos heros fias? Circumcelliones etiam qui in heretici damnati fuerunt, quia seipos interimebant, de quibus in c. quidam 240. q. 5. Eorum etiam errorem tenuit Paulianus, quem D. Augustinus l. 1. contra Iulianum pag. 649. c. 17. de civitate Dei, c. 17. multis argumentis impugnat, cuius verba referuntur in c. in dicit, c. si non licet, 23. q. 5. Philastrius in epist. 37. Omitto alios privatos, qui tædio vitæ, impatientia doloris, aut pro republica, seu summam lætiam habitam protraherent, manus sibi intulerunt, juxta consilium Plauti in Penulo, ibi: Abi domum, & suspende te. M. Quamobrem? A. Quam nunquam audisti verba tot, tam suaviter. Ut fecerunt Curtius, teste Valerio l. 5. c. 6. Brutus, referente Floro l. 1. c. 19. duo Decii, D. August. l. 4. de Civitate Dei, c. 27. & alii; quos referunt Strabo l. 15. Callus Rhodig. l. 3. c. 25. Tiraquell. ad Alex. l. 2. c. 25. Ravil. Textorius l. 2. officina, c. 98. Gothofredus in l. 3. §. ff. de bonis eorum. Et de lavente in sepulchrum ob gravitatem ærummarum, imple sensit Plinius l. 28. c. 1. ibi: Ex omnibus bonis, que homini tribuit natura, nullam melius esse tempore morte, in eoque id optinam, quod illam sibi quisque præstare potest. Et id ex animo sicare provenire aliqui volunt, quos refellunt Mendoza in archiaro, problem. 9. Fr. Antonius a Matre Dei, ubi sup. & constat ex Aristotele l. 3. Ethic. c. 7. Platone in Phædon, & Macrobio l. 1. in som. Scipionis, c. 13. Sed contrarium rectius sententiam Philosophi, quos refert Theophilus d. c. 1. Quia cum nullo iure homines vitæ suæ domini fiat, & mors a divina pendeat voluntate, non licet sibi mortem consciscere, & seclerata, impiæque manu hoc opus destruere, injuriamque inferre auctori, qui illud suis membris integris plasnavit; neque esse existimantur, ejus injussu de statione hujus vitæ discedere, ac vincula hujus carceris dirumpere. Cicero in somnio Scipionis, ibi: Nisi Deus is, cuius hoc templum est omne, quod conspicias, istis te corporis custodiis liberaverit, in celum aditus tibi patere non potest. Quare peccat iste contra dominum Dei, qui tantum est dominus vitæ; & contra fortitudinem, & charitatem ut probant late Theophilus lib. 3. sect. 3. cap. 1. Gibalin. dist. tom. 2. lib. 6. c. 7. art. 1. Plin. Junior lib. 1. epist. 1. ibi: Lactuosissimum genus mortis, que non ex natura, nec fatalis videtur. Aequo iudicio, aiebat Julianus, timidus est, & ignavus, qui cum non oportet mori, desiderat; qui qui relugit, cum sit opportunum, teste Ammiano Marcellino l. 25. Unde in eos, qui vivere abnuunt, nisi fortuna voluprates inconcussas præstet, invehant Div. Aug. l. 1. de Civit. Dei, c. 17. c. 20. Quintil. declam. 276. Seneca ep. 24. c. 58. Tacitus l. 2. annal. Arist. l. 3. Ethic. c. 3. Heliodorus l. 7. hist. Recte ergo Platonici contra Stoicos docuerunt retinendum esse animum in custodia, nec injussu ejus, a quo datus est, posse dimitti; & juxta hanc sententiam recte mors dicitur dimissio, & mori dimitti, ut videre est non tantum in c. 11. D. Luca, vers. 29. fed etiam Genes. 25. vers. 1. juxta Græcorum versioem. Themistius de anima, de Græcis agens inquit: Eum qui mortur, ajunt dimitti, & mortem dimissione vocant, Apud Platarchum de consolatione, legitimus, Donec Deus ipse nos dimittat. Notavit D. Laurent. Ramirez de Prado ad Luitprandum fol. 257. Hoc tamen, quod dicimus, nemini licere sibi mortem consciscere, procedit nisi omni procul dubitate remota, divinus agnoscatur impulsus, qui vitam repetat propria manu absumendam: quam causam etiam præsumptam excipiebant Hebræi: unde hæc referunt Sampsonis, & Saulis exempla. Referenda etiam sunt alia eorum, qui mortem sibi intulerunt, ne religionem catholicam eurent; & virginum, ne pudicitiam amitterent, quos referunt D. Augustinus l. 1. de Civitate Dei, c. 26. D. Ambrosius l. 3. de virgin. Procopius l. 2. de bello Persico, c. 11. Balebis l. 8. c. 17. Elpencus l. 8. de continentia, c. 14. Licet id de aliquibus Sanctis viris falso jactari probent Theophilus Raynaud. de callem. sect. 3. c. 20. Fr. Antonius a Matre Dei, d. præd. 1. de sceler. dist. 7. sect. 2.

Licet in eos, qui mortem sibi consciscere, Biothanatos dictos, ut probant Angelus Rocca in scholis ad lib. Sacrament. De penis seipsum Necandis, D. Gregorius. Theophilus d. c. 1. videatur nullam poenam imponi posse, quippe mortem pro supplicio habent; tamen variis peccatis utroque jure statuti puniri noem est. Et apud Athenienses manus, qua hoc peressisset, abscindebatur. Cæli Rhodig. l. 5. antiq. c. 10. Primo sepultura ecclesiastica privantur, ex jure supra adductis. Quintil. declam. 337. ibi: Aliquis conscientia turpis alicuius flagitii admitti prius quam prodatur, mori vale, dignus est, ut insepultus abiciatur, ut sic qui patris imperium non expectaverunt, priventur quasi matris gremio, terre sepulchro. Quod & apud Hebræos observari tradit Josephus l. 3. de bello judaico, c. 25. & apud Romanos idem viguille tradit Plin. l. 36. c. 15. Utopienfium Sacerdotes, si quis mortem sibi consciscerit, causa non probata a Senatu, in paludem turpiter insepultum abiciant. Thom. Mor. l. 2. Utopos. Et virginis Milesias hæc poena absterret a voluntaria nece se abstinuit, referunt Gellius lib. 15. noctium, c. 10. Platarchus de mulierum virtute. Unde Cedrenus pag. 607. refert circa mediam Constantinopolim locum fuisse ubi istorum cadavera proiebantur. Plato l. 9. de leg.

De penis seipsum Necandis

legibus, statum tradit, ut in illis locis eorum corpora conderentur; quae de 12. regionis partibus ultima, deserta, in-nominatae fuerint, sic obsecra, ut nec statua, nec scripto nomine sepulchra notentur.

Septelium ipsam Ajacem, intermoxente calcante, quia nefas esset sepeliri eam, quae mortem sibi ipsi conscivisset, Statius lib. 3. Theb. Mæonem, qui sibi vim intulerat, sic dederit.

Privationi sepulturae consequens est, ne pro his defunctis oblationes recipiantur: Conc. Alciatorum, h. can. 17. Ansel. 3. c. 10. Cum enim per oblationes quodammodo inter fideles deur communio, ideo qui communione Ecclesie seclusi sunt, etiam ab eis oblationes accedebant. Conc. Illiber. can. 28. ibi: "Episcopum placuit ad eos, qui non communicant, munera accipere non debere."

Manet ergo, manus sibi inferentes, fatumque propter-antes, privati ecclesiastica sepultura in peccatis tam immanis delicti. Hoc enim genus mortis appellatur informe: alias si impa-tientia doloris, tædio vite, post contractum crimen, sed non capitale, aut capitale, sed nondum accusatus, quis sibi mortem conscivisset, nec bonorum publicationem patitur, nec tes-tamentum sui rumpitur.

sententiam talis, si fin. §. de autem, ff. de bonis votum, Seneca de consolata, ad Maritium, c. 22. Tertull. in apolo. "Tantum auctori suo doloris incusserunt, ut in seculo inedia de sone-tippo indicaret."

Qua etiam diffinitione accipiendi sunt textus in l. si in de hereticum 28. §. eadem, de bonis liberti, ubi postquam Florentinus asseruit, eripiendum non esse patroni jus illud, quod in bonis liberti habituri essent, si fortassis in liberum non an-tinverteretur, proponit emm servari in bonis ejus liberti, qui meti aculationis sibi mortem conscivisset.

Manet ergo, manus sibi inferentes, fatumque propter-antes, privati ecclesiastica sepultura in peccatis tam immanis delicti. Hoc enim genus mortis appellatur informe: alias si impa-tientia doloris, tædio vite, post contractum crimen, sed non capitale, aut capitale, sed nondum accusatus, quis sibi mortem conscivisset, nec bonorum publicationem patitur, nec tes-tamentum sui rumpitur.

apud antiquos, ut nefas esset libare Diis vinum vitis, iuxta quam homo laqueo penderet. Plinius lib. 2. c. 25. qui eleganter tangit mortem vocari praeposteram, quia felicitate includitur spiritus, qui debet vocari expositus; diciturque fœda: quia spir-itus inclusus foetissima expellitur vite: unde in lege veteri maledictus fuit a Deo homo, qui penderat in ligno. Dentur. c. 21. referunt in e. si vero §. tangam, de peccat. dist. 2. Sed cum in presenti casu femina non sponte, sed ut a persecu-toribus se liberaret, fugeret, indeque inconsulto in flumen proijceretur, ecclesiastica non privatur sepultura, quia potius casu, quam voluntarie occubuit.

Supra traditis obstat textus in e. non est nostrum, 23. q. 5. ubi ait D. Hieronymus: "Non est nostrum mortem arripere, sed ab aliis illam liberam sustinere: unde & in persequ-tionibus non licet propria perire manu; absque eo ubi ca-sitas periclitatur: sed percutienti colla submittere."

Supra traditis obstat textus in e. non est nostrum, 23. q. 5. ubi ait D. Hieronymus: "Non est nostrum mortem arripere, sed ab aliis illam liberam sustinere: unde & in persequ-tionibus non licet propria perire manu; absque eo ubi ca-sitas periclitatur: sed percutienti colla submittere."

C A P U T XII.

Idem a Vitrovensi Episcopo.

Sacris est canonibus institutum, ut quibus non communicavimus vivis, non communicemus defunctis, & ut ca-noncilati fuerint, Unde si contingat interdum, quod vel excommunicatorum corpora per violentiam aliquorum, vel alio casu in cœmeterio ecclesiastico tumulentur, si ab aliorum corporibus discerni poterunt, exhumari debent, & procul ab ecclesiastica sepultura jactari.

NOTÆ.

1. a Vitrovensi. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub h. c. 3. sed legendum est Nitrovensi, ut jam probavi in c. sacris, de his qui vi, ubi extat alia pars hujus decretalis.

COMMENTARIUM.

EX fragmento epistolæ Innocentii III. hic relato sequens deducitur disputanda assertio: "Excommunicati non sunt tradendi sepultura ecclesiastica; & si de facto intra Eccle-siam sepeliantur, exhumandi sunt, si discerni possint ab aliis fidelium corporibus, alias sibi relinquuntur."

Joannes Major in 4. dist. 15. q. 19. existimant verba illa absque eo, non esse excludenda exclusive, sed inclusive, ut plerumque accipiuntur, & 4. Cantuariensis, in illis verbis, absque eo quod intrinsecus later: & 1. mendicantis, ff. de offic. Prae-con. l. 1. ff. de pignor. Sed his solutionibus omnibus dicendum est, nemini licere se interimere, etiam ob servandam casti-tatem, ut docet D. Augustinus lib. 1. de civitate Dei, c. 26. aliquando tamen id non turpe putari, quia factum fuit ex inspiratione divina, ut de S. Apollonia; que se in rogam injecit, refert Eusebius lib. 6. c. 33. & de aliis D. Ambrosius de Virginitate lib. 3. c. 2. S. Chryostomus hom. de SS. Veritate, & Profecae, & hom. de S. Pelagia, ubi testatur, multas sacras vir-gines, ut perfectiorum vim effugerent, pectora gladii con-didisse. D. Hieronymus in Jovinianum ep. 1. & de duabus feminis in flumen projectis, idem narrat Procopius lib. 2. de bello Persico; & exemplum simile præsentis casui refert Bernardus Scardonius lib. 2. antiq. urbis Patav. class. 14. ubi refert Elisabetham et ponte se precipitasse; ut e manibus militum peditum ejus attentantibus se eriperet. Cui Joannes Noventanus Patavinus hoc epitaphium posuit.

Engamur in me referens virtute puellas, Hoc laceo indignæ conlita virgo loco, Nam cum me feteret lascivum miles ad usum, Munera posse mori magna fuerit mihi, Disce, age, sit quanti conservas virgo pudorem, Pro quo nihil timui perdere corpus agens.

Tales enim feminas inspiratione divina hoc fecisse creditur, ut docet D. Thomas 2. 2. q. 64. art. 5. ubi Cajetanus; & alias Gentiles, quibus fidei lumen debiebat, potius ignorantie, quam desperationis causa mortem sibi conscivisse credimus, ut de Lucretia refert, & probat Ambianus ad Tertul. c. 4. ad Marrytes, observ. 2. & de Cleopatra idem tradit Gerol. c. 2. de jure belli, c. 19. in nos, ubi de Virginitate Miles agit. Unde D. Hieronymus in d. c. non est nostrum, in illis verbis, absque eo, ubi castitas periclitatur; accipiendus est juxta exempla proxime relata, accedente videlicet inspiratione divina; tunc enim ob servandam castitatem, vel similem causam licet propria perire manu, ut docuit D. Augustinus lib. 1. de civitate Dei, c. 26. Prosequuntur ipsius textus interpretationem Mesana de diffinitione. D. Hieron. locis, verbo occidere se, Vellostil-lus in advert. ad Hier. tom. 5. q. 2. Theophilus tom. 4. lib. 3. de vitio, sect. 3. c. 1. qui dicta verba D. Hieronymi accipit ita, ut Sanctus in eis nihil asserunt, nec prore licere ob casti-tatem servandam suimetipsius occisionem.

plures referens Gibalinus de consuet. disputat. 7. p. 1. q. 2. fule Murga tom. 2. assignat mor. disputat. 3. per totam; Theo-philus tom. 14. de literis monit. lib. 2. c. 2. foli. 477.

Sed hæc assertio difficilis redditur sequenti rursus considera-tione; certum enim est, crimina morte extingui, & per conse-quens eorum personas post mortem reorum cellare, l. defunctio 6. ff. de jud. public. l. ex iudiciorum 20. ff. de accusat. l. si pœna 20. ff. de panis, l. 1. ff. de privator. delictis. l. Constitutionibus 33. ff. de oblig. & sol. l. siens 38. l. passillum 111. ff. de reg. jur. l. 1. c. 7. c. si veni, vel accusator, c. quorundam 23. dist. 4. adnotare 32. q. 2. c. causam, et 2. qui sit, sint legitimi. Plura Petrus Barbola in leg. plus 15. ff. de iudicis. Decianus tract. crimin. lib. 5. c. 57. Antonius Gomez lib. 3. variat. cap. 1. n. 78. Schifordeg. lib. 1. ad Fabrum, tract. 10. per tot. & lib. 2. tract. 1. q. 9. Vega in dicto c. intelleximus, n. 27. Amaya in l. 10. Cod. de iure fisci; qui enim ex hac vita decedunt, quasi ad superius tribunal adducuntur. Glossa in cap. 1. 26. q. 7. & sic a iudicio humano eximuntur, dicto c. quorundam, 23. dist. facit Optatus lib. 6. dum in Donatistas invehit in-sepultos reliquentes Christianos, ibi: "Si inter viuentes fuerat certamen, odia vestra vel mors aliena compescat; jam tacet cum quo paulo ante litigabatis, quid insulas fune-ri? quid impetis sepulchram? Deinde quia in defuncto deest principalis ratio poenæ infligendæ, quia ut ait: Con-sultus in l. pœna, ff. de panis, poena constituitur ad emenda-tionem hominum, quæ emendatio in defuncto deest; ergo decedentes in excommunicatione non debent tam gravi poena puniri, videlicet privatione sepulturae ecclesiasticæ; aut si iam sepulti sunt, exhumatione; præcipue cum tam immanis sit privatio sepulturae: unde de sepultura in Christianos fœvitas conquerebantur Tertul. in apolo. c. 37. "Nec mortalis par-cunt Christianis, quin illos de reque sepultura, alyloquodam mortis, jam alios; jam nec totos avellant, dissecant, dirra-hant." Laetantius lib. 5. divin. instit. c. 11. D. Ambrosius epist. 3. contra Symmachum. Augetur primo hæc dubitandi ra-tio ex eo; tam quilibet Catholicus habet jus, ut sepellatur in



fiorem ad Ecclesiam pariter sepelietur. D. August. de fide & symbolo. c. 10. ibi: Quapropter nec heretici pariter ad Ecclesiam Catholice...

respondendum est dicendo, in eo textu defunctos sepultos non fuisse excommunicatos, vel schismaticos, sed fideles laicos...

C A P U T XIII.

Honorius III. a Magaloniensi Episcopo.

A Bolende consuetudinis, necnon abominabilis corruptela apud Montem Pessulanum vitiis, sicut dicitur, inolevit, ut videlicet decedentibus non prius permitatur effodi sepultura...

NOTE.

Magaloniensis. Textus iste in hac Raymundi collectione non tribuitur Innocentio III. sed male, cum non reperitur inter epistolas ipsius Pontificis...

pulturam sibi venderetur unde dicitur, apud Hebraeos receptum fuisse pro loco sepulture pretium recipere. De Gentilibus id factum probatur, siquidem Romani, qui in sepulchris...

COMMENTARIUM.

EX hoc textu committitur dicitur sequens assertio: Pro sepultura in Ecclesia prestanda pretium exigi non debet. Probatur cum textus...

Qua dubitanti ratione non obstant, vera est presentis assertio, pro cuius expositione sciendum est, sepulchrum tripliciter sumi posse. Primo pro officio, quod impenditur corporibus humanis...

ampla pars terre sepulchro esset destinata, ea sola censebatur religiosa, quatenus corpus humanum esset; proindeque caventur Romani, ne de terra frugibus apta vitiis, mortuive ulterarentur...

petitis sepis functionibus, terre, qua corpus operitur, venditionem, & sepultura mercimonium interdixit. Accedunt alie rationes hujus prohibitionis, videlicet quia terra illa concessa putredini non debet vendi, & alieno iustu aliquid facere compendium...

Post quem octavit Brissonus lib. 2. fol. 15. Gothofredus in d. 5. sepulturem: idem ad l. XII. Tabul. c. ult. religio. Olinaldus lib. 4. Donelli, c. 1. littera B. Cujac. lib. 10. observo. c. 37. Anton. Clarus ad l. XII. Tabul. c. ult. Ramirez de Prado in...

Nec obstat prima difficultas deducta ex facto Abrahami, quod late exponunt D. Thomas 2. 2. q. 110. art. 4. ad 3. Petrus in Gensim. tom. 3. in c. 27. Sophranus de funer. Hebraeorum, c. 5. Spondanus de carnis. fact. p. 1. lib. 1. c. 5. Gibalinus de simonia questio. 10. consult. 7. ex quibus dicendum est, Abrahamum non emisse sepulchrum primo & principaliter...

Deinde sciendum est, etiam apud Gentiles sepulchrum semper religiosum habitum fuisse, credentibus enim hominum sibi sepulchrum animas circa sepulchra aberrare, & nonnunquam in illis residere, quae Sermonum, sive Semidiorum esse autumabant. D. Aug. lib. 9. de civit. Dei, c. 11. Marcianus Capellanus in libro de Div. Sacram. in fine: & omnes gentes sepulchrum religiosum habuisse commendatissimum probant Gutherus de iure man. lib. 3. fore pro catum. Iaculus Cyprianus de vario sepul. ritum, non procul ab initio, Gulchardus de re. iuris, lib. 1. c. 3. & lib. 2. c. 5. Unde eorum violatores, tanquam sacrilegos panis, tam apud Graecos, quam Romanos, fuisse probat Spondanus lib. 1. de carnis. p. 1. c. 9. & sepulchrum sanctitatem testantur Cicero lib. 2. de legum. legem antiquam ita conceptam referunt: Deorum manium iura sancta sunt...

De religiose sepulture, & eius prohibita venditione.

De sepulchris, & locis eius quibusdam.

Respondetur ad difficultates.

D. A. N. I.

Imponitur prout dicitur.

Imponitur prout dicitur.